

*Quid, si plures sint filij, quam ali possint, viuis, aut mortuis parentibus? nu. 3.*  
*An sit mortale negare debitum, ne filius ex maculato sanguine concipiatur? nu. 4.*  
*Num liceat negare, ad vitandum magnum detrimentum in bonis fortunæ, vel ad consequendum magnum commodum, vel vitandam infamiam? nu. 5.*  
*Quid, si dubius sit valor matrimonij, vel nullitas alteri certa, vel pender sit remissio, numero. 6.*

**P**rimò dico, nullam esse culpam, ex communi consensu abstinere coniuges à copula, ne prole multiplicent, quam alendo non sunt. Quia nulli irogatur iniuria, si vterq; coniux eò muni placito abstineat, & neuter tenetur ad copulam altero non petere. Nec ea voluntas non habendi plures filios, quã alere possunt, vitiosa est, vt diximus hoc lib. 10. disp. 8. nu. 10. Ita docent Palud. 4. d. 3. i. quæst. 3. ar. 2. num. 15. vbi Supplementum Gabrielis. q. vnica. artic. 2. post. 8. conclus. corollario. 4. Sotus. 4. d. 32. q. vnica, art. 1. in fine corporis, vers. quid autem. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 6. Rosella verb. debitum. n. 11. Nau. sum. c. 16. n. 33. Palacios. 4. d. 3. i. disp. 2. ad fin. Philarcus de officio sacerdot. tom. 1. p. 2. lib. 4. c. 19. §. 3. peccat. Lud. Lopez. 1. p. instr. c. 85. initio. Graff. 1. p. decisionum. lib. 2. c. 83. nu. 5. Temperat hoc Philarcus, nisi in altero cõiuge sit incontinẽtia periculum. Sed Naua. Graffis, & Ludouic. Lopez id intelligũt, quãdo alter coniux respicit confortẽ ob verecundiã nõ petere verbo, sed tacitẽ fatis opere petere. At non placet hic intellectus. Quãuis enim ea tacita petitio desideretur, vt alter coniux ex rigida iustitiã lege teneatur annuere: nõ tamẽ vt teneatur ex charitatẽ, & aliquis iustitiã præscripto, vt probauimus hoc lib. 10. disp. 2. n. 6. & 7. quare temperatio Philarci est tenenda.

Secundò dico, non eximi coniugẽ à debiti redditione alteri coniugi petẽti, gratia non multiplicandi prolem. Quia cù sobolis generatio, humanæq; speciei propagatio, sit primarius matrimonij finis, illudq; honeste, fieri repugnat vt exuberãtiõ huius finis consequutio, eximat à debiti redditione, quã medium est ad illum comparandum. Sic Angel. verb. debitũ. n. 15. vbi Syl. q. 8. Nau. sum. c. 16. hispane. n. 24. latine. n. 25. Alexan. in suo Enchiridiõ 2. p. præcepto. 6. vbi de debito coniugali,

vers. si debitum negauit. Margarita cõfessorum. 6. præcepto, vers. 8. in fin. fol. 88. Petrus à Ledef. de matrim. q. 64. ar. 1. diff. vlt. concl. 1. Ludouic. Lopez. 1. p. instr. c. 79. §. peccat etiam coniux. Graffis. 1. p. decisionum, lib. 2. c. 83. nu. 1. Atq; merito dicit Angelus esse mortale, ob eam solam causam negare debitum. Quãuis contradicere videantur Sotus, nu. præcedenti relatus, & Manuel. 1. romo summ. 2. editio ne. c. 243. n. 1. vbi dicunt non esse mortale negare debitũ ob hãc causam, præsertim vbi pauperes essent parẽtes; atq; ita sentire videtur id nõ esse mortale, etiã si parentibus facultates suppetat ad filios alẽdos.

Id tamẽ fatebor, nimirũ, non esse mortale debitũ ob eã causam negare, quando non est incontinẽtia periculum in altero coniuge, & parentes non sunt tot filios alendo. Quia ab alijs iustitiã debitis persoluẽdis excusat magna incommõditas, nõ enim cũ magno suo incommõdo teneatur quisquam restituere. Præterea, quia nõ tenetur coniux reddere, si timor probabilis adsit periculi, aut detrimẽti proli iã genitæ; quod tamẽ verisimile est alijs filijs iam natis, si adhuc proles multiplicetur, parentibus delitutis facultatibus quibus eos alant. Ita sentiunt Sotus, & Manuel. n. præcedenti allegati. Ludouicus Lopez. 1. p. instr. c. 79. c. 80. paulõ post principium. Emanuel Sa summa, verb. debitum coniugale. §. penulti. Petrus de Ledef. de matrim. q. 64. ar. 1. ad finem. Imò nec venialis culpa erit in hoc euentu debitum negare. Quod rationes allatæ probant, & clarẽ sentit Petrus de Ledefma ibi, ait enim nõquam concedi copiã ad debitum negandum, si modõ suppeteret census ad liberos educandos, & institũdos. Qui addit, & bene, id accipiendũ esse, quãdo parentũ facultates nõ sunt ad alimẽta sufficientes, secus vbi eis præstãdis sufficiũt, parẽtibus suspensibus, quãuis ijs defunctis diu sit inter tot liberos nõ sufficiãt. Quia fatis est vt parentes sufficienter prolem alant, dum viuunt, & post eorum obitum si facultates non sufficiant, proli erit alium de victum quærere.

Tertiõ dico, culpam esse mortalem, debitum negare, eò quod alter coniugẽ à Iudæis, aut Sarracenis originem ducat, ne proles ea macula afficiatur. Quia cù matrimonium non sit ob eam causam irritum, verum ius acquiritur ad debitum coniugale. Sic Sotus. 4. dist. 32. quæstion. vnica,

art.

Ar. 1. ad finem corporis, vers. quod si cõtra Bartholomæus à Ledef. de b. 71. de matrim. post principium. Manuel. 1. romo sum 2. edition. c. 243. n. 1. Graffis. p. 1. decisionum. lib. 2. c. 83. n. 8.

Vltimo dico, fas esse debitum negare, ad vitandum magnum in bonis fortunæ, aut famæ detrimentũ, vel ad magiã in illis vilitatem comparandam. Constat ex dictis hoc lib. 10. disp. 4. nu. 13. vbi probauimus ex his causis licere viro petere

proficisci, quãuis vxor in ea absentia debito fraudetur. Sic Petrus à Ledefma de matrim. q. 64. ar. 1. dub. vltim. concl. 2.

Vtrum autem quando dubitatur de valore matrimonij, liceat petere, & reddere? fatis diximus lib. 2. disp. 41. & sequẽtib; & quid, quando alteri coniugi constat de matrimonij nullitate? ibi, disp. 39. per totam. & aliquibus sequentibus, & quid, dũ non let lis de valore matrimonij? ibi, disp. 41. n. 50. & sequentibus.

DISPV T. VIGESIMASEXTA.

Vtrum ratione cognationis spiritualis post matrimonium inter coniuges ortæ, ex eo quod alter alterius, aut communem filium baptiz irit, aut in baptismo, vel confirmatione tenuerit, impediatur versus matrimonij, quoad petitionem, & redditionem.

SVMMARIVM.

**P**roponitur ordo seruandus n. 1.  
*Parẽs in necessitate baptizans communem filium, aut alterius coniugis, non priuatur debiti petitione. Et qualis sit hac necessitas. n. 2. & idem si baptizet v corem.*

*Quid, si pater vbi alius deest, si filij cõmunis, aut sã vxoris parinuis, num similiter possit adhuc petere debitum? n. 3.*

*Quid, si pater filium teneat in necessitate, nõ tamquam suscepit: or. sed materialiter? n. 4.*  
*Num peccet parens, si sit parinuis filij, vel filij vxoris, vel ipsius vxoris, ipsosve baptizet? nu. 5.*

*An coniugi baptizanti, vel tenenti communem filium, vel alterius coniugis, interdicitur petitio debiti? Refertur opinio negans, numer. 6. Contraria auctoris. nu. 7. vbi de tenente coniugem.*

*Quid, si multio sit id fiat, ad defraudandũ debito alterum coniugentũ. n. 8.*

*Quid, si ignorãter, & si alter cõiux commineat in eo baptismo, cõsulat v: & si vterq; baptizet, vel teneat in baptismo communẽ filium: & plerãq; alia de cognatione hac quoad debitum impediendum, remissio. n. 9.*

*An dum coniux nequit exigere debitum ob cognationem ortam, possit à cura, domoq; alterius coniugis expelli? remissio. n. 10.*

*An tenens filium communem, aut alterius coniugis, in catholicismo, priuatur debiti exemptione. n. 11.*

*Soluuntur argumenta, nu. 12.*

**H**A genus disputatum est de ijs cõmunitatib; quæ reddunt actũ coniugalem vitiosum, at nõ priuãnt iure exigendi debitum. Iã eis aggredimur, quæ illo p. iuant. Hæ autẽ sunt cognatio spiritualis, affinitas post matrimonium orta, & votum. (Nam de adultério, & alijs criminibus, quæ simul ius diuortij concedunt, est habendus sermo toto lib. sequenti.) In præsentĩ ergo, de cognatione spirituali disputatio habetur in sequentibus verò de affinitate, & voto.

Conueniunt autem omnes, coniugĩ in necessitate baptizanti filij communẽ, nimirum, suũ, & alterius coniugis, quãuis inde inter ipsos oriatur cognatio spiritualis, quæ si matrimonij præcederet, ipsum dirimeret, minimẽ interdici petitionẽ debiti. Est expressa definitio Ioan. VIII. c. ad iimin. 30. q. 1. & redditur ibi ratio, quia nõ est æquum, cõiugem qui culpæ immunis fuit, suæq; satisfecit obligationi, baptizã prole ne in æternũ periret, id damnũ sentire, vt sibi interdicitur debiti petitio, quæ pœna est delicti. Quoniã absq; culpa nõ de iure suo priuari debeat, eadẽ discretionẽ, de eo qui cognouit cõsangu. Et quãuis istextus loquatur de eo, qui propriũ filium, & vxoris suæ simul, baptizauit. At ratio in eo subiecta militat etiam in casu, quo cõiux baptizat filij solius alterius coniugis, in necessitate. Atq; id eò dicẽdum est nec tunc arceri à debiti petitione. Sic Ioan. de

Friburgo summa confessorum, lib. 4. tit. 7. q. 2. d. Antoni. 3. p. tit. 1. c. 15. §. 3. Mo-  
naldus summa, tract. de matrim. tit. de fra-  
ternitate spirituali, ad finem. Sotus. 4. d.  
42. q. 1. r. concl. 3. vbi Nicolaus de Or-  
bel. q. 1. §. 2. Petrus de Soto lect. 11. de ma-  
tri. §. secundum de hac cognatione. Nana.  
sum. latina. c. 22. n. 40. ad fin. Enriq. lib. 2.  
de baptismo. c. 1. n. 3. Petrus de Ledesm.  
de mat. q. 56. ar. 1. dubio. 3. Ludou. Lop.  
2. p. infl. de mat. c. 51. §. dubitari hic vsu-  
uenit. Atq; eadem ratione idem dicendū  
est, si coniux iam ad finē conuersus, vxorē  
quā in illius temporē duxerat, bapti-  
zari occurrentē eadē necessitate. Quod be-  
ne docet Enriquez proximē citatus. Hęc  
autē necessitas explicatur. d. c. ad limina,  
his verbis, *Absentia sacerdotum, nimia neces-  
sitate cogente baptizauit.* Vnde videtur nō  
incurrī priuationē petendi debitū, quāuis  
alius adesset, qui posset, & vellet baptiza-  
re, si is non esset sacerdos. Ceterū dicen-  
dū est tunc non occurrere dictā necessita-  
tē, ita incurrī prædictā pœnā. Cōstat,  
quā textus ille ponderat patrē rectē fecis-  
se, & ne infans absq; baptismo decederet:  
at dū adesset alius volēs baptizare, pater nō  
est culpę immunitus, nec puer eā patitur ne-  
cessitatem decedendi absq; baptismo, si à  
parente suo non baptizetur. Quare rectē  
ea necessitas tunc intelligitur esse, quādo  
nullus adesset qui id munus obeat, atq; ita  
periculū esset vt proles absq; baptismo o-  
biret. Ita explicat Host. c. si vir. n. 3. super  
vers. si ex malitia, de cogn. spirituali, & ibi  
Ioan. And. n. 4. Præpositus. n. 4. Henric. n.  
3. Alen. 2. p. q. 170. mēbro. 3. §. 3. D. Bona.  
4. d. 42. ar. 1. q. 2. n. 8. vbi Supplem. Gabrie.  
q. 1. ar. 2. concl. 4. Guill. Vorrillon. q. v-  
nicar. 2. vers. est notandū. Lex 6. fin. tit. 7.  
p. 4. Brunel. de sponfalibus, cōcl. 10. n. 13.  
Angles floribus. 1. p. de matr. q. 15. de cog-  
nat. spirit. ar. 1. concl. 1. Petrus de Ledes.  
in sua doctrina Christiana. c. 2. de baptis-  
mo. §. ha de auer. Imo mea quidem sentē-  
tia, cū infans censetur esse in præsentis-  
simo mortis periculo, parens verō misera-  
tionē commotus, ne absq; baptismo dece-  
dat, penē indeliberato accurrit, quamuis  
adesset alij, qui id munus prestare possēt,  
nō priuatur iure debitū petendi. Quia tū-  
tū abest vt delinquat, quin potius mereat-  
ur. In tāta enim necessitate nō vacat ad  
deliberandū, & ratione vrgētissimi peri-  
culi præstat in eā partē propendere, quæ  
animæ infantis fauorabilior est.

Sed dabitur, an idem dicendum sit, si  
in casu necessitatis quando nullus adesset  
qui patrinus sit, parēs id munus obeat er-  
ga cōmunem filium, aut solius alterius cōiu-  
gis? Enriq. lib. 11. de mat. c. 15. n. 11. & lib.  
2. de baptismo. c. 18. fin. negat idem dicen-  
dū esse. Et hoc esse fortē verū, ait Petrus  
de Ledes. de matrim. q. 56. ar. 1. dub. 1. in  
principio. Quia ratio textus. c. ad limina  
30. q. 1. n. infans absq; baptismo decedēs,  
pereat in æternum, non habet locū in hoc  
euentu. Cū patrinus non sit de baptis-  
mi necessitate. Atq; ita necessitas nulla ad id  
cogit, sicut ad baptizandum: & maximē si  
baptismus non sit solennis, sed priuatus,  
in quo nulla est obligatio adhibendi pa-  
trinam. Ceterum communis Doctorum  
sententia, à qua recedendum non puto, g-  
qui parat vtrumq; esum, atq; ita intelligit  
d. c. ad limina. Quia licet ad valorem bap-  
tismi non sit necessarius patrinus, est ta-  
men in præcepto, & vbi nullus adesset, qui  
id præstet, rectē facit parens id præstan-  
do. Et quamuis in baptismo priuato id  
necessarium non sit, at vt seruetur sacra-  
menti significatio, præstantius est patri-  
num adhiberi. Quare textus loquens de  
baptizante, intelligendus est de concur-  
renti ad baptismum, vt illerectē admini-  
stretur. Atq; etiam idem probatur, nam  
priuari iure acquisito petendi debitum ab  
vxore, est pœna delicti admissi per coniu-  
gem, qui contra iuris prohibitionem, fi-  
lium communem, aut alterius coniugis  
baptizauit, eiusue patrinus fuit, at in ne-  
cessitate vacat culpa parentem esse patri-  
num: vt testantur. D. Thom. 3. par. quæst.  
67. ar. 8. ad. 2. Abbas. cap. si vir num. 2. de  
cognat. spirit. & ibi Præpos. num. 5. Alex.  
de Neuo num. 2. Sotus. 4. d. 4. quæst. vni-  
ca, artic. 5. ad 2. ergo non inciditur in eam  
pœnam. Atq; ita docent Ricardus. 4. d.  
42. ar. 1. quæst. 2. ad finem. Supplementum  
Gabrielis, Guillelmus Vorrillon, Brunel-  
lus, Ioannes de Friburgo, Nicolaus de Or-  
bellis, Angles. nu. præcedenti allegati. D.  
Ant. 3. p. tit. 1. c. 15. §. 3. & c. 20. §. 10. Ro-  
sell. verb. impedimentum. impedim. c. n.  
6. Naua. summa. c. 16. n. 3. Viguierus lib.  
insti. c. 16. §. 7. vers. 9. Veracruz. 1. p. spe-  
cular. ar. 52. concl. 4. Ouandus. 4. d. 42. q. v-  
nica. propositione. 5. Suarez. 3. p. de bap-  
tismo. q. 67. ar. 8. §. sed hinc oritur. Matie-  
gol lib. 5. reopit. tit. 1. rubri. gl. 1. n. 142.  
Bartholomæus à Ledesma dub. 44. de ma-  
trim. §. de vsu verō, Petrus à Ledesma sibi

contrarius, in sua doctrina Christiana. c. 2.  
de baptismo. §. ha de auer. Ludou. Lopez  
1. p. infra. c. 85. §. præterea si coniux. Graf-  
fis. 1. p. doctif. lib. 2. c. 83. fine. Cañedo sum-  
ma sacram. de mat. c. 6. n. 48. vbi de cog-  
natione spirituali. Palacios. 4. d. 7. disp-  
3. col. penult. vbi bene dicit idem de patre te-  
nente filium communem in confirmatio-  
ne, vbi deest qui tenet.

4 Illud tamen verisimum puto, nempe,  
patrem qui nō vt susceptor, & intendēs  
exercere ceremoniam Ecclesiæ, sed mate-  
rialiter teneret, vt posset esse infans qui  
domi baptizatur, in matris vlnis, vel in le-  
cto, aut huius, nullatenus arceri à debiti  
petitione. Quia non est verus susceptor,  
nec contrahit cognationē spirituales, nec  
culpa est reus, vt dixi lib. 7. disp. 62. num.  
14. Quare bene Enriquez lib. 3. de confir-  
matione. c. 3. fine, tunc dicit viro tenenti  
vxorem in confirmatione, interdicti debi-  
ti petitionem, quando tenet vt verus sus-  
ceptor: quasi secus dicat esse, quando non  
vt talis, sed ne præ morbo deficiat, aut a-  
lia ex causa eam tenet.

5 Hinc deducitur, peccare cōiugem qui  
extra necessitatem baptizat, aut tenet tan-  
quam patrinus propriū filium, aut alteri-  
us coniugis. Id enim prohibetur. c. 1. &  
2. 30. q. 1. quæ licet corrigatur quoad sepa-  
rationis pœnam, per. c. si vir, de cognat. spi-  
rit. ar. quoad prohibitionem, cū nulla ibi  
mentio eius fiat, manent in suo robore.  
Atq; ita Abbas. d. c. si vir. n. 2. & ibi Alex.  
de Neuo. n. 2. Præpos. n. 5. colligunt inde,  
parentes non futuros extra necessitatem  
patrinus propriorum filiorum. Quia alius  
debet esse pater carnalis, & alius spiritua-  
lis. Quam rationem etiam tradit D. Tho.  
3. d. q. 67. ar. 8. ad. 2. quem omnes Theolo-  
gi sequuntur. Atq; id esse graue peccatū  
ait Suarez. 3. par. q. 67. de baptismo, ar. 8.  
§. quo circa liberē: non expressit tamen, an  
sit mortale: sed esse mortale, rectē docet  
Naua. summa hispanica. c. 22. n. 9. Similiter  
etiam peccat cōiux, si tenet vt suscep-  
tor in confirmatione, baptismo ve, alium  
cōiugem, atq; in signum huius ea pœna  
damnatur, vt nequeat debitum petere, vt  
n. 7. dicemus. Ita Enriquez lib. 3. de confir-  
matione. c. 3. fine.

6 His præmissis potissima difficultas est,  
Num coniux extra necessitatem, scienter  
baptizans, aut tenens tanquam patrinus in  
baptismo, vel confirmatione, communem  
filium, aut alterius cōiugis, priuatur ra-

tionē illius cognationis, nimirū, cōpater-  
nitatis ortæ inter illum, & alterum coniu-  
gem, iure exigendi debitum? Duplex est  
sententia. Prima negat priuari. Ducitur,  
quia cū hæc sit pœna, vt cōiux priuatur  
iure acquisito petendi debitum, oportet vt  
in iure expressa inueniatur: ad quod com-  
probandum, multa addocit Probus addit,  
ad Monachum. c. quauis. n. 3. de cognat.  
spirit. in 6. at nullum ius eam exprimit. Nā  
c. si vir, de cognat. spirit. cui opposita sen-  
tentia innititur, potius fauet huic senten-  
tiæ, ibi, *Sic ex ignorantia, siue ex malitia id  
fecerint, non sunt ab inuicem separandi, nec al-  
ter alteri debet debitum subtrahere.* Et confir-  
matur, quia si Pontifex solū intellige-  
ret, vt coniux nocens non deneger inno-  
centi debitum, petere tamen nequeat: id  
expressē dixisset, vt fecit. c. finali, de eo  
qui cognouit consangu. agens de coniu-  
ge incestuoso cum consanguineo alterius  
coniugis. Secundō confirmatur, quia textus  
ille omninō æquiparatur, sciens, & ig-  
noranter baptizantem, aut tenentem, &  
neutrum dicit posse debitum subtrahere:  
ergo loquitur de petitione, & redditi-  
one: cū vtraque permittantur, ignoran-  
ter baptizanti, aut tenenti. Tandem, quia  
non suffragantur cap. 1. & 2. 30. quæstion.  
1. quia corriguntur per. d. cap. si vir, vt te-  
statur ibi Glos. verb. institutum. Archid.  
eo. c. 1. initio, & Turrec. ibi num. 1. Quare  
hanc sententiam, quæ satis probabilis est,  
tenent Glossa. d. c. si vir, verb. debitū. An-  
char. ibi, fin. Præpos. fine. Cardinalis fine.  
Archid. c. nosse. 30. q. 1. vers. in prima glos.  
Rainerius summa, tit. de cognat. spirit. §.  
vltimo, super verb. contra. Durandus  
4. d. 42. q. 1. ar. 3. num. 11. fine. & Suarez  
3. par. quæst. 67. de baptismo, ar. 8. §. quo  
circa liberē fatear, ait hanc pœnam nullo  
iure probari, quamuis dicat non recedē-  
dum à contraria sententia, quæ commu-  
nis est. Atq; hanc sententiam censet esse  
probabilem Gaeta reper. c. ad limina. 30.  
q. 1. §. 4. n. 379. solum enim appellat oppo-  
sitam, tutiorem.

7 Secunda sententia, quæ probabilior est,  
docet eū cōiugem teneri debitū reddere,  
priuari tamen potestate illud exigēdi. Pro-  
bat ex ratione textus. c. si vir, de cogna-  
spiri. vbi postquā decimus est, si alteruter  
coniux filium suū de sacro fonte susceperit,  
siue ignoranter, siue ex malitia, nō esse  
alterutri debitum subtrahendū, subiu-  
gitur ratio his verbis. *Quia si ex ignorantia*

id factum est, eos ignorantia excusare videtur: si ex malitia, eius sua fraus patrocinarum non debet. Ex cuius textus ratione sic arguit Abbas ibi. n. 5. Sustinetur hoc coniugium, ne fraus dolo patrocinetur, sed tantum patrocinarum, si à debito reddendo eximeretur, & interdicta sibi debiti petitione, potius obest sibi sua fraus: ergo eam interdicere voluit: aliàs ratio esset nullius momenti. Adducuntur etiam pro hac sententia cap. 1. & 2. 3. o. q. 1. sed iam correcti sunt, vt probauit. n. præcedenti. Similiter adducitur. c. nosse. 30. q. 1. vbi deciditur coniuges non esse inuicem de fraudados, sed reuerfos in id ipsum, si nõ ex vtriusque consensu alter alterius filium de sacro fonte leuarit: vnde videtur à cõtrario sensu colligi contrarium esse dicendum vbi ex consensu vtriusque, id factum est: & subinde idem dicendum erit, quãdo alter sciens & prudens id fecit, nempe, vt priuari debeat iure exigendi, sed nil facit hic textus, qui est Nicol. I. qui floruit anno. 858. teste Genebrardo in Chronographia, lib. 4. fol. 782. & ita correctus est per. d. c. si vix, qui est ex Alexan. III. qui vixit anno. 1156. teste Genebrardo eodem lib. 4. fol. 796. Adducitur etiam. c. ad limina. 30. q. 1. vbi deciditur coniuges separandos non esse propter baptismum filio à parète collatum urgente necessitate: atq; ita diuersum videtur asserendum, vbi abfuit necessitas: aliàs textus nil indulgeret. Sed nil etiam facit: quia loquitur Ioannes VIII. author illius decreti tempore quo vigeat illud decretum. c. 1. 30. q. 1. vt coniuges si uide scienter, siue ignoranter proprios filios baptizantes, separantur: nondum enim erat decretum. c. si vir, de cognat. spir. illud corrigens. Nam Ioannes VIII. floruit anno. 874. teste Genebrardo eod. lib. 4. fol. 788. atq; ita indulget ne separaretur baptismum in necessitate collato. Quare fateor in rigore hanc sententiam nullo textu probari. Nam ad. c. si vir, facilis est solutio: potiusque fauet oppositæ sententiæ, vt. n. præcedenti probauit. Quod me autem urget vt hanc sententiã amplectar, est ferè vniuersos Doctores iuris peritos deferta Glossa, cuius sententiam magnificere solent, atq; vniuersos ferè Theologos, antiquos, & neotericos illum sequi, atq; ita intelligere textum illum. d. c. si vir, à qua tam frequenter admittitur sententia non est facile recedendum, nouã amplectendo: vt bene dixit Suarez. n. præce-

dentis, in fine allegatus. Atq; ideò dixi oppositam sententiam esse probabilem, vt quilibet adhaerere velit, norit se tutum esse. Et ideò hanc sententiã tuentur, ex Theologis, Alensis. 2. p. q. 170. membro. 3. §. 3. post solutionem ad. 2. D. Thom. 4. d. 42. q. 1. ar. 1. corpore, vbi. D. Bonau. ar. 1. q. 2. n. 8. Ricardus ar. 1. q. 1. ad fin. Palud. q. 1. art. 1. concl. 7. n. 15. & d. 3. 2. q. 1. art. 2. conclus. 4. nu. 9. Supplementum Gabriel. ca. d. 42. q. 1. ar. 2. concl. 4. Bassolis ibi. q. vnica, art. 3. fin. Nicolaus de Orbellis. q. 1. §. 2. Guillermus Vorrillong. q. vnica. art. 2. vers. est notandum. Sorus. q. 1. ar. 1. concl. 3. Ouanus. q. vnica, propositione. 9. Almain. 4. d. 32. q. vnica. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 15. §. 3. & c. 20. §. 10. Victoria summa, vbi de confirmatione. n. vltim. Petrus de Soto le. 11. de matrim. §. secundum de hac cognatione. Viger lib. instit. c. 16. §. 7. ver. 9. Palacios. 4. d. 7. disputatione. 3. triplici colum na ante finem. Ledesma. 2. p. 4. q. 58. art. 2. fin. & 1. p. q. 8. art. 8. dubio. 2. Veracruz. 1. p. Speculi, ar. 57. concl. 4. Angles floribus 1. p. de matrimonio. q. 15. de cognatione spiritali, ar. 1. concl. 2. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 15. nu. 11. & lib. 3. de confirmatione. c. 3. fin. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dub. 44. §. de vfo verò. Manu. 1. tomo summa. 2. edition. c. 243. nu. 10. Philarcus de officio sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 11. ad fin. Grassis. 2. p. decisio n. 11. lib. 1. c. 5. n. 31. Petrus de Ledes. de matrim. q. 56. ar. 1. dubio. 4. concl. 2. Viualdus can delabro sacram. 1. p. de matrim. n. 149. Ludouic. Lopez. 1. p. instrum. c. 85. §. præterea si coniux, & c. 80. §. sed connumerare, & 2. p. vbi de confirmatione. c. 68. §. aduertendum est autem, & vbi de matrim. c. 5. §. dubitari hic vfo venit. Emmanuel Sa in summa, verb. matrimonium. c. de impedimentis dirimentibus, vbi de cognatione spiritali, vers. si pater in necessitate. Cañedo summa sacram. vbi de matrim. c. 6. nu. 48. & ex Iuris peritis, eandem tenent, Glossa. c. nosse. 30. q. 1. verb. non fraudentur. Goffredus, & Vincencius. c. si vir, de cognat. spir. vbi Host. nu. 5. super verb. patrocinarum. Ioan. And. nu. 5. Anton. nu. 6. Abbas. n. 5. Alex. de Neuo. n. 8. Henricus n. 3. Alensis summa. 2. p. lib. 8. tit. 18. art. vnica. q. 2. Ioannes de Friburgo summa cõfessorum, lib. 4. tit. 7. q. 2. Monald. summa, tract. de matrim. tit. de fraternitate spiritali, ad fin. Rosella, verb. impedimentum, imped. 6. n. 6. Angel. matrim. 3. imped. 7. ini-

tio.

tio. Sylu. mari. 8. q. 7. dict. 1. & 2. Tabien. verb. imped. imped. 5. n. 1. Armil. verb. matrim. n. 9. Turre. c. licitis. 33. q. 4. ar. 1. n. 2. ca. su. 4. Nau. sum. c. 22. hispan. nu. 39. latinè n. 40. & c. 16. n. 34. Brunel. de spon. concl. 20. n. 13. Gaeta repetit. ca. ad limina. 30. q. 1. §. 4. n. 349. Matienço lib. 5. recop. tit. 1. rubrica. glos. 1. n. 143. Idem dicendum est, si scienter teneat coniux tanquam verus patrinus alium coniugem, in baptismo, vel confirmatione. Quia cum cognationem spirituales cum illo sua culpa cõtrahat, interdicitur sibi debiti petitiõ. Sic Enriquez lib. 3. de confirm. c. 3. fin. Viual. candelab. sacram. 1. p. de confir. n. 46.

8 Rogabis autè, quid dicendum sit, quãdo coniux non solum ex certa sciẽtia, sed etiam ex malitia, atq; in matrimonij fraudem, baptizat, aut teneat communẽ filium, aut alterius coniugis? Quidam enim Iuris periti teste Petro de Ledes. de matrim. q. 56. ar. 1. dub. 5. affirmant tunc non priuari potestatem exigendi. Ducuntur, quia. c. si vir, de cognat. spir. eodem tenore loquitur textus de id ignoranter, & ex malitia efficiens, dicens neutrum debere subtrahere debitu, sed ille potest petere: ergo & hic. Et confirmatur ex ratione in textu subiuncta, fraus non debet illi patrocinarum: ergo matrimonium manet omnino illæsum, & absq; impedimento eius vñs, sicut antea. Verum dicendum est eum teneri reddere, non tamen posse petere, inlar illius qui scienter fecit. Quia cum eo. c. si vir, impedimentu hoc, & priuatio petendi, statuitur in pœnam delicti admisi per coniugẽ scienter id facientẽ contra Ecclesiã præscriptum, non est dicendum voluisse Pontificem eum coniugem eximere, qui maioris delicti reus est, ex malitia id efficiens. Nec obstant argumenta opposita: quia illi satisfit. n. 12. Et ideò ita docent. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 15. §. 3. Nauar. summa. c. 16. n. 34. Ioannes de Friburgo, Alensis, Bassolis, Nicolaus de Orbellis, Monal. Vigerius, Gaeta, Viual, Cañedo, Matienço, Angles, n. præcedenti allegati. Alensis. 2. p. q. 170. memb. 3. §. 3. in solut. ad. 1. Palud. 4. d. 42. q. 1. ar. 1. concl. 7. n. 15. Supplementum Gabriel. ibi. q. 1. ar. 2. concl. 4. Turre. 30. q. 1. in principio. n. 14. Grassis. 1. p. decisio num. lib. 2. c. 83. fin. Ludouic. Lopez. 1. p. instrum. c. 85. §. præterea si coniux, & c. 80. §. sed connumerare. Petrus de Ledes. dubio. 5. hic citato.

9 Quid autem dicendum sit, vbi ex igno-

rantia iuris, vel facti etiam culpabili: vel aliter coniuge conuiente, id esse tum est, vel si vterq; idem fecerit: & an desideretur sententia iudicis ad eam pœnam incurrendam: & pleraq; alia circa hoc impedimentum ad petendu debitu ratione cognationis: dicam disputationibus sequentibus: vñ cum impedimento affinitatis, in quo eadem quæstiones disputandæ sunt: ne inutiliter repetantur: ibiq; annotabo qui Doctores de affinitate, qui ve de cognatione loquantur.

Quamuis tamen coniux hic debiturum petere nequeat, ad nõ potest excludi domo, & à cura alterius coniugis, vt diximus hoc lib. 10. disp. 5. n. 19.

De tenente autem in cathesismo filium communem, vel alterius cõiugis, affirmat Verac. 1. p. spec. art. 22. §. secundo dici potest, & Matienço lib. 5. recop. tit. 1. rub. gl. 1. n. 148. eum non posse debitu petere ab vxore, per. c. 1. 30. q. 1. vbi dicitur tales coniuges separados esse. Quod eum intelligi nequeat quoad vinculu, est necessariò intelligendu quoad debitu petendu. Sed contrariu dicendu est. Quia d. c. est correctu, vt dixi. n. 7. nec loquitur nisi de tenente in baptismo. Quod maxime verum habet, cum probabilior sententia sit, nullam ex cathesismo oriri iam cognationem, vt diximus lib. 7. disp. 10. n. 12.

11 Ad argumenta, n. 6. proposita respondeatur. Ad primum dic, eã pœnam contineri eo. c. si vir: vt probauit. n. 7. & dum ibi dicitur non esse debitu subtrahendu, intelligi, id est, innocenti cõiugi petenti reddendum esse. Ad. 1. cõfir. dic non semper Pontifices in suis decretis eandẽ obseruare claritatẽ: atq; inde opinionum diuersitatem suboriri. Ad secundã confirm. dic, quamuis Pontifex videatur eodem modo loqui de scienter, & ignoranter baptizanti: re vera diuersitas rationis, quam assignat, satis ostendit diuersam decisionẽ. Quia loquens de ignorantia, ait ignorantia excusari: loquens verò de scienti, dicit suã fraudem non debere ei patrocinarum: ex qua ratione collegimus. n. 7. deduci illum priuari petendi, at teneri reddere. Sic enim efficitur vt sua fraus ei non patrocinetur. Ad secundum constat ex dictis, nu. 7. vbi falsi sumus ea capita non probare, sed esse correctã. Ad argumenta, num. 8. proposita constat ex dictis hic in solutione ad secundã confirmationem.

DIS-

## DISPUT. VIGESIMASEPTIMA.

An affinitas post matrimonium inter coniuges orta, ex eo quod alter alterius consanguineo, aut consanguinea carnaliter copulatus est, impediatur debiti petitionem? & quoto gradu?

## SUMMARIUM.

**I**ncestuosus coniux cum alterius coniugis consanguineo, aut consanguinea, si incestus sit intra vas consummatus, nequit petere, at teneatur reddere. Atque explicatur. c. qui dormierit. 27. q. 2. n. 1. & ibi, quid si matrimonium non sit consummatum?

Quid, si incestus ille, aut cognatio spiritualis inter coniuges contracta, sint occulta? numer. 2.

Quid, de coniuge qui non contraxit baptizando, vel tenendo cognationem, nec admittendo incestum, affinitatem, si d. consensit, ac causa fuit ut alter contraheret, an possit petere debitum? nu. 3.

Quid, de coniuge cognoscenti affinem suam uxoris, vel eam cum qua habet impedimentum publica honestatis, num possit debitum exigere? nu. 4.

An coniux talis incestuosus, si eo coniuge mortuo aliud inerat matrimonium, vel affectus quoque; alio impedimento impediendi, possit petere debitum? nu. 5.

An c. nix incestuosus cum proprijs consanguineis, arceatur a debiti petitione? Refertur sententia affirmans. n. 6. Contraria auctoritas. n. 7.

An si incestuosus, vel qui cognationem contraxit sit iuuenis, possit debitum petere? n. 8. & ibi remissio, quis possit dispensare in hoc impedimento cognationis, vel affinitatis.

Num affinitatis, aut cognationis impedimento affectus peccet mortaliter petendo? nu. 9.

An si is impedimentum ignoret, sit admodum ad confessario? nu. 10.

An is cui ob hoc impedimenta est interdicitur debiti petitio, possit aliquando petere? nu. 11. & ibi, si petat, an possit, vel teneatur alter reddere, & priori bimestri: vel si fornicetur alter, possit adhuc incestuosus ei reddere omnia hoc remissio, vel si incestuosus impetret dispensationem.

In quoto gradu consanguinitatis debeat esse persona carnaliter cognita cum coniuge, ut alter coniux sic incestuosus nequeat petere debitum: & hoc arctato iure communi, numer. 12.

Quid, attento Tridentino ses. 24. de matri c. 4? Refertur quaedam opinio. n. 13. & sententia auctoritas. n. 14.

An ducens consanguineam in tertio, vel quarto gradu, femina cum qua fornicatus fuerat, possit debitum petere ab uxore? n. 15. Solvuntur argumenta. n. 16.

**I**n hac disputatione illud tanquam certum, est pramittendum, incestuosum coniugem cum consanguinea, alterius coniugis, non posse ab ea debiti petere, teneatur reddere. Quod nequeat petere, constat ex c. 1. de eo qui cognovit consang. ibi. Si quis cum filiastra sua scienter fornicatus fuerit, nec a matre debitum petere, nec filiastra, nec ille illo vnaquam tempore poterunt se alijs matrimonio copulare. Quod verò teneatur reddere, constat etiam ex c. discretionem, eodem tit. ibi. Sed nec affinitas post matrimonium inique contracta, ei debet officere, quae huiusmodi iniquitatis particeps non existit. Cuius iure non dicitur sine sua culpa priuari. Idem repetitur. c. penult. & c. fin. eodem tit. Quare dum concilium Aurelianense relatum. c. qui dormierit. 27. q. 2. decidit nefas esse hunc incestuosum reddere debitum: intelligendum est, id est, petere, ut bene explicat ibi Glos. verb. qui dormierit. Atque eodem modo Sotus. 4. d. 37. q. vnic. ar. 2. vers. 2. conclusio, explicat Magistrum ead. dicentem non debere debitum reddere talem incestuosum. Intelligit tamen tunc incestuosum huiusmodi priuari debiti exactione, quando semen inicitur intra vas, ita ut ex ea copula oriatur affinitas. Cum enim huius impedimenti causa sit, affinitas orta inter coniuges ratione illius copulae incestuose, ubi copula est talis, ut ex ea non oriatur affinitas, cessat impedimentum (quae autem desideretur in copula ad producendam affinitatem: diximus lib. 7. tota disp. 64.) Ita docent Enriquez lib. 11. de matri. c. 15. n. 11. Petrus de Ledesma de matrimonio. q. 55. art. 6. §. circa. 3. statum, fol. 443. colum. 2. Manuel 1. tomo summe. 2. editio. c. 243. nu. 12. Vitaldus candelabro sacramen. 1. par. de matri.

trim.

trim. n. 97. Et idem dicendum est, si uxorem habeat cum consanguineo viri, ut diximus lib. 7. disp. 15. n. 2. & quamvis non sit consummatum matrimonium, ut ibi. num. 6. dixi.

Nec refert, incestus ille, occultus sit, an publicus, quantumvis enim sit occultus, oritur ex illo prius debiti petendi. Quia textus indistincte loquitur, nec innititur scandalo quod ex publico incestu oriri possit: sed affinitati inique cum altero coniuge contractae: ut constat ex verbis quae nu. praecedenti retulimus, ex c. discretionem, desumptis. Affinitas autem aequè contractabitur ex copula illa occulta, ac si publicae esset. Atque idem sic docent glos. c. qui dormierit, verb. neutram. 3. 2. q. 7. Sotus. 4. d. 37. q. vnic. ar. 2. vers. 2. conclusio. Castro lib. 2. de lege pœnali. c. 5. §. rursus quinto argumento. Gutierrez. q. canonicis. 1. tomo. c. 23. n. 8. Atque idem dicendum est de cognatione spirituali occultè contracta cum altero coniuge, impedit enim petitionem debiti, iuxta tradita disp. praecedenti. n. 7. & constat ex eadem ratione. Quia ea cognatio ex qua id impedimentum cõsurgit, non minus oritur ex baptismo publico, quam ex occulto. Quamobrem audiendi non sunt Angelus, verb. incestus. nu. 4. & Sylu. verb. luxuria. q. 4. dicto. 2. vbi absque fundamento docent oportere ut qualitercunq; cõstet de incestu, quod impediatur debiti exactionem. Idemque tribuitur Abbati c. literis, de praesumpt. n. 2. vers. & ex hoc: at ibi tantum dicit incestuosum priuari spe contrahendi matrimonij, & videri eam esse pœnam ipso iure delicti, qualitercunq; de eo constat.

Atque idem dicendum est de coniuge, qui minime contraxit affinitatem per copulam a se habitam, ac consensit ut alter coniux per copulam iniquam, eam contraheret: priuari enim similiter iure debiti petendi: Quia affinitate ab altero inique contracta, disponitur ut coniuges ad cõtinuitatem seruandam moneantur, Quod si nolint inno cens, iubet ut sibi debitum reddatur, ne absque sua culpa priuetur iure suo: cum iniquitatis particeps non fuerit, ut constat ex c. discretionem, de eo qui cognouit consang. cuius verba. n. 1. retulimus atque idem habetur. c. penultimo, & c. fin. eo. tit. Vult ergo manifestè ius, desumpto arg. a contrario sensu, ut vbi alius coniux reus est culpa, particepsque iniquae contractionis affinitatis, similiter amittat ius de-

biti exigendi. Atque ita docent D. Bonauentura. 4. d. 34. ar. 3. q. 2. Ricardus. 4. d. 35. ar. 2. q. 3. Alensis lum. 2. p. lib. 8. tit. 1. ar. 3. q. 14. Rosella verb. impedimentum, impedimento. n. 8. nu. 16. Syluester verb. luxuria q. 4. dicto. 3. Idem Alensis eo. lib. 8. tit. 20. ar. 3. paulè post principium. Barthol. a Ledesma de matrimonio, dub. 41. §. scire tamen hic oportet. Petrus a Ledesma de matri. q. 55. ar. 6. tit. 443. Et videtur tenere Armilla, verb. debitum, nu. 15. vbi ait affinitatem impedire debiti petitionem in coniuge, ex cuius culpa oritur. Atque idem dicendum est in cognatione spirituali, non enim solus coniux, qui eam contraxit baptizando, vel tenendo proprii coniugis, aut communem filium, priuari iure petendi debitum, sed etiam alter qui culpa particeps fuit, conueniens alteri suo coniugi id efficiendi. Atque ita docent Arm. verb. matrimonium. n. 9. Petrus de Soto lect. 11. de matri. §. secundum de hac cognatione. Viguerius lib. inst. c. 16. §. 7. vers. 9. Ledesma. 1. p. 4. q. 8. ar. 8. dub. 2. Barthol. a Ledesma dub. 44. de matri. §. de vfu verò. Marten 20 lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica. glos. 1. num. 143. Ludouicus Lopez. 1. p. instr. c. 85. §. praeterea si coniux.

Quidam etiam extendunt impedimentum hoc, si coniux rem habeat cum affinitate alterius coniugis, ut tunc interdicitur sibi debiti petitio. Ita Manuel. 1. tomo summe. 2. editio. c. 209. fine. Alij etiam extendunt, ut nequeat coniux petere debitum, si incestum admittat cum femina, cum qua habet publicae iustitiae impedimentum. Potest esse exemplum de femina, cum cuius forore coniux ille ante matrimonium cum alia contractum, sponsalia inerat. Ita Corduba in suo quest. lib. 1. q. 12. initio: per. c. duo pueri, de despons. impub. & refert pro se Couar. 4. decr. 2. p. c. 6. initio. n. 4. Sed neutrum est verum. Non primum, quia illa copula nec est incestuosa, nec ex ea, aliqua oriatur affinitas cum altero coniuge: cum affines vnus coniugis, nullo modo alteri coniuncti sint. Non secundum, quia quamvis ea copula sit incestuosa, at textus non loquitur nisi de copula cum consanguineis alterius coniugis, ex qua oritur affinitas, ut diximus. n. 1. & dicemus etiam. n. 7. Nec c. duo pueri, nec Couar. id dicunt, sed illud esse impedimentum ad contrahendum.

Alij etiam extendunt ad coniugem qui laborans impedimento aliquo solum im-

pe-

pedienti matrimonium, illud inquit. Quibus enim tenet matrimonium, at interdicitur sibi debiti petio. Ita docent Palud. 4. d. 3. q. 1. ar. 2. n. 1. 4. concl. 4. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 16. §. 4. sine Rosella, verb. impedimentum. 8. initio. Sylu. matrimonium. 7. q. fin. dict. 2. Alij in alio extremo sunt, docent enim coniugi affecto quocumq; impedimento solum impediendi, & eo non obstante, matrimonium contrahenti, si solum votum simplex castitatis excipias, minime interdici debetum exigere. Ita Sotus 4. d. 37. q. vnica, art. 1. ante secundam cōcl. vers. tandem ad pacadas. Enriq. lib. 12. de matr. c. 2. nu. 3. & specialiter de imped. impediendi, quando coniux incestuosus cū sanguineo, vel sanguinea alterius coniugis, eo mortuo aliud inquit matrimonium non obtenta dispensatione, dicit esse probabilis non arceri a petitione debiti, Corduba lib. 1. questionarij. q. 12. ar. 1. vers. quod si de facto. Ego autem a priori sententia recedo, quatenus ait omnia impedimenta impediendi, priuare ea debiti petitione. Quia cui textui, aut rationi innitatur, profusus me latet. A posteriori etiā recedo, quoad impedimentum illud incestus. Si enim coniux admittens incestum per quem contrahat affinitatem cum proprio coniuge, eo soluto matrimonio aliud inquit, contra prohibitionem. c. 1. de eo qui cognouit consang. non poterit debetum exigere. Id enim expressè definitur. c. rāsmilla, eodem tit. atq; ita Host. ibi, initio, Ioan. Andr. n. 1. Abb. & Alex. de Neuo in principio, in summam redigunt eum textum, *incestuosus matrimonium contrahere nō debet, sed si contrahat, tenet, & tunc tenetur vxori debetum reddere, sed non potest exigere,* & docent Ricardus. 4. d. 34. art. 4. q. 2. corpore. Astenfis summa. 2. p. lib. 8. tit. 20 ar. 3. paulo post principium. Abulensis. c. 5. Matth. q. 100. D. Ant. 3. p. tit. 1. c. 16. §. 4. Angel. verb. incestus. nu. 4. Rosella, verb. impedimentum, impedimento. 8. num. 18. Sylu. verb. luxuria. q. 4. dicto. 1. Caiet. 2. 2. q. 154. ar. 9. dubio. 1. §. ad. 2. obiectionem. Couar. 4. decr. 2. p. c. 7. §. 2. n. 6. Sarmiento lib. 7. seletarum. c. 10. statim in principio. Ouan. 4. d. 41. q. vnica; proposition. 7. At cum hoc sit pena matrimonij iniquè contracti: si consuetudo obtinuerit vt incestuosus absq; dispensatione inquit matrimonium, cū iam culpa cessarit, cessabit quoq; pena (vt bene aduertit Ouanus ibi, propositione. 12.) Quamobrē hodie nulla e-

rit culpa petere debetum. Quippe (vt probauimus lib. 7. disp. 17. nu. 9.) culpa vacat matrimonium cum eo impedimento inire: propter consuetudinem iam præscriptam.

Non defunt etiam qui extendāt ad incestuosum coniugem cum suis consanguineis, asserentes illi interdici debetum petere. Quia peior incestus cum suis, quā cum coniugis consanguineis, si ergo hic impedit debetum petere: illi a fortiori idē tribuendum erit. Insuper probatur ex alijs textibus, qui probāt huiusmodi incestuoso interdiciū esse matrimonium contra here, vt sunt. c. si quis viduam. 32. q. 7. c. si duo viri. 35. q. 6. Atq; ita tenent Angelus, incestus. nu. 5. Mayronis. 4. d. 32. q. vnica, conclus. 2. Supplementum Gabriel. 4. d. 34. q. 1. ar. 1. vers. impedimēta propter quæ Lex regia. 13. fin. tit. 2. p. 4. vbi Greg. Lopez, verb. con su parenta, in fine, ait, quāuis hoc iure canonico non ita expressum inueniatur, fore istudum esse illi legi ita iura canonica interpretantur. Et videntur tenere Abbas. c. 1. n. 2. & ibi Alex. de Neuo. n. 2. de eo qui cognouit consang. dicit enim eam esse penam admittens incestum, vt priuatur potestate debiti exigendi: subduntq; statim, committi incestum cum proprijs consanguineis, aut alterius coniugis.

At omnino dicendum incestuoso cum proprijs consanguineis non interdici debiti petitionem, exillimo. Quia quamuis hic incestus grauius peccatum sit, at cū ex ipso minime oriatur vinculum affinitatis cum proprio coniuge, non ita matrimonio aduersatur: quod secus euenit in incestu cum consanguineis alterius coniugis, per quem ius matrimonij violatur, producta affinitate cum coniuge, & idē iure optimo incestuosus hic punitur in vsu matrimonij, interdici sibi debiti petitione. Deinde, quia cum hæc sit pena, non est extendenda vltra casus in iure expressos: Ius autem (vt vidimus. n. 1.) solum eam indixit incestuoso cum consanguineis proprijs coniugis. Nec textus, quos contraria profert sententia adducit, probant hoc, sed ad summum interdici aliud inire matrimonium incestuoso cum proprijs consanguineis, quod licet darem, non sequitur eo inuito prohiberi petitionem debiti, vt nu. 5. probauimus. Et ideo hanc sententiam tenent Ricardus. 4. d. 34. art. 4. q. 2. ad. 1. Caiet. D. Anton. Rosella, Sylu. n. 5. in fine

allegati. Idem Sylu. matrimonium. 7. q. fin. ali. dicto. 3. Turrec. c. quædam cum fratre, ad finem. 32. q. 7. Sotus. 4. d. 37. q. vnica, ar. 2. ad finem, vers. dubium autem est. Caltro lib. 1. de lege penali. c. 7. §. ex hoc 3. documento. Naua. summa hispāna. c. 16. n. 35. Veracruz. 3. p. Speculi. ar. 17. sine. Alexander Carrarius lib. 5. de sponsalibus. c. 22. Ledef. 2. p. 4. q. 60. ar. 4. §. sed est dubium si maritus. Corduba in quæst. lib. 1. q. 12. art. 1. opinione. 3. Ouanus. 4. d. 41. q. vnica, propositione. 11. Palacios. 4. d. 34. disp. 2. fol. 777. col. 1. vers. porro autem. Bartholom. A Ledefma de matrim. dubio 50. concl. 2. Mariengo lib. 5. recop. tit. 1. rubrica, glof. 1. n. 103. Graffis. p. 1. decisionum, lib. 2. c. 85. n. 11. & 11. Petrus de Ledefma de matr. q. 55. ar. 6. §. quattuor status affinitatis, fol. 446. Couar. 4. decr. 2. p. c. 7. §. 2. n. 6. Emma nuel Sa summa, verb. debetum coniugale, & clarè colligitur ex Caiet. 2. 2. q. 154. ar. 1. circa solutionem ad. 4. §. ad singula autem obiecta, vbi ait hunc committere incestū petendo debetum. Et specialiter quando incestuosus cum consanguineis coniugis aliud inquit matrimonium, quo casu dixi. n. 5. enim non posse petere debetum, quod peccet mortaliter petendo, docent bene Abul. d. q. 200. Ang. verb. incestus. nu. 4. Sylu. verb. luxuria. q. 4. dicto. 1. Quamuis in hoc casu Henricus. c. rursus. n. 4. qui clerici, vel vou. & Hieronymus Mangiariz in arbore consanguinitatis. §. in nomine n. 55. habetur tomo. 9. tractatum, sentiat non esse mortale quod verum est, in casu, in quo id diximus. n. 5. fin. Quare audiendus non est Veracruz. 3. p. Speculi. ar. 17. sine, asserens coniugem incestuosum non peccare lethaliter, si debetum petat ad coniuge factō sibi per incestum illum affini, modò absit contemptus. Quem sequitur sui immemor Corduba in quæst. lib. 1. q. 12. nam statim in principio dicit peccare mortaliter: ad finem autem §. penultimo, ait secluso contemptu non esse mortale: atq; si esset consuetudo non petendi dispensationem, nullam esse culpam. Similiter dicendum est, coniugem qui extra casum necessitatis contraxit spirituale cognitionem cum alio coniuge, reum esse culpæ mortalis, debetum petendo: nisi opinionioni probabilis asserenti id sibi non interdici, adhærens, id efficeret. Cū enim ea sit probabilis (vt dixi disp. præced. n. 9.) excusaretur omnino à culpa, eā amplectens.

8 Nec proderit incestuosus eum consanguineis proprijs coniugis, iuuenem esse, & de incontinentiā periculo expositū, quod possit absq; dispensatione petere debetum: sed ea erit iusta dispensandi causa. Ita Couar. 4. decr. 2. p. c. 7. §. 2. n. 5. Mariengo. lib. 5. recop. tit. 1. rubrica, glof. 1. n. 103. Guierrez. q. canon. tomo. 1. c. 23. n. 6. Idemq; profusus dicendum est, si coniux qui cognitionem spirituales contraxit, sit iuuenis. Quia eadem est ratio. Quis verò dispenset in his impedimentis ad petendum debetum? Diximus lib. 8. disp. 12. per totam.

9 Ex dictis infertur, peccare lethaliter iustum incestuosum, si absq; dispensatione petat debetum. Quia contrahenti præcepto Ecclesiæ in re graui, & petio illa debiti, incestuosus est. Præterea, quia dici nequit vsu abolitum esse hoc præceptum. Cum quotidie experiētia doceat peti dispensationem ad hoc. Atq; ita docent Vincentius. c. transmissæ, de eo qui cognouit consang. & ibi Ioan. And. n. 4. Anton. fin. Abb. c. fin. eodem tit. in fin. & ibi Alex. de Neuo. nu. 5. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 8. Angelus matrimonium. 3. impedimen. 15. n. 2. & verb. incestus. Syl. matrimonium. 8. q. 15. dict. 7. & verb. debetum. q. 9. & verb. luxuria. q. 4. dicto. 1. Victoria summa, de matrimonio. n. 288. Naua. summa. c. 16. nu. 35. Caltro lib. 2. de lege penali. c. 5. rursus. §. argumento. Abul. c. 5. Matth. q. 200.

Sotus. 4. d. 37. q. vnica. ar. 2. vers. 2. conclusio. Guillelmus Rubion. 4. d. 32. q. 2. art. 2. concl. 2. Sarmiento lib. 7. seletarum. c. 10. statim in principio. Palacios. 4. d. 34. disp. 2. fol. 777. col. 2. vers. quod si obieceris. Margarita confessorum. 6. præcepto, fol. 89. colum. 1. Ledefma. 2. p. 4. q. 60. art. 4. Mariengo lib. 5. recop. tit. 1. rubrica, glof. 1. n. 103. Graffis. p. 1. decisionum, lib. 2. c. 85. n. 11. & 11. Petrus de Ledefma de matr. q. 55. ar. 6. §. quattuor status affinitatis, fol. 446. Couar. 4. decr. 2. p. c. 7. §. 2. n. 6. Emma nuel Sa summa, verb. debetum coniugale, & clarè colligitur ex Caiet. 2. 2. q. 154. ar. 1. circa solutionem ad. 4. §. ad singula autem obiecta, vbi ait hunc committere incestū petendo debetum. Et specialiter quando incestuosus cum consanguineis coniugis aliud inquit matrimonium, quo casu dixi. n. 5. enim non posse petere debetum, quod peccet mortaliter petendo, docent bene Abul. d. q. 200. Ang. verb. incestus. nu. 4. Sylu. verb. luxuria. q. 4. dicto. 1. Quamuis in hoc casu Henricus. c. rursus. n. 4. qui clerici, vel vou. & Hieronymus Mangiariz in arbore consanguinitatis. §. in nomine n. 55. habetur tomo. 9. tractatum, sentiat non esse mortale quod verum est, in casu, in quo id diximus. n. 5. fin. Quare audiendus non est Veracruz. 3. p. Speculi. ar. 17. sine, asserens coniugem incestuosum non peccare lethaliter, si debetum petat ad coniuge factō sibi per incestum illum affini, modò absit contemptus. Quem sequitur sui immemor Corduba in quæst. lib. 1. q. 12. nam statim in principio dicit peccare mortaliter: ad finem autem §. penultimo, ait secluso contemptu non esse mortale: atq; si esset consuetudo non petendi dispensationem, nullam esse culpam. Similiter dicendum est, coniugem qui extra casum necessitatis contraxit spirituale cognitionem cum alio coniuge, reum esse culpæ mortalis, debetum petendo: nisi opinionioni probabilis asserenti id sibi non interdici, adhærens, id efficeret. Cū enim ea sit probabilis (vt dixi disp. præced. n. 9.) excusaretur omnino à culpa, eā amplectens.

Hinc rursus deducitur, hunc incestuosum quamuis inuincibiliter ignoret impedimentum hoc, monendum esse de illo à confessorio: (intellige retenta opinione, quod tunc sit impedimentum, nec illa iuris ignorantia excuset, de qua questione latè agemus disp. 32.) si faciliis sit ad Episcopum qui in eo dispenset, recursum. Quia

quamvis monendus non sit, ubi difficile est remedium, & potius ex monitione timeatur scandalum (vt probauit lib. 2. disp. 38. n. 6.) at (vt ibi dixi. n. 5.) quando creditur fore vt monitio proficit, eò quòd facile est remedium, tenetur confessarius admonere. Si tamen Episcopus non ita facile possit adiri, quia abesse, & medio eo tempore probabiliter creditur fore vt coniux non abstineat à petitione, atq; ita peccata lethalia admittat, monendus non est, donec confessarius dispensationem impetrarit, vel possit Episcopus absq; eo periculo consuli. Atq; idem dicendum est, quando effert impedimentum cognationis spiritualis. Quauis in hoc casu facilius possit confessarius dissimulare, propter probabilitatem opinionis negantis id impedimentum.

11 Vtrum autem, & quando coniugi impedito ad petendum ob affinitatem, vel cognationem, liceat aliquoties petere. Et si petat, an teneatur alter reddere, vel possit licite, & quid de priori bimestri ante còsulum matrimonium, vel si coniux innocens fornicetur, possit alter impeditus ei reddere, & quid, si hic impeditus impetravit dispensationem altero ignorante. De his omnibus latè egi hoc. 10. lib. disput. 6. & 7.

12 Potissima autem difficultas hic disputanda est. Quoto consanguinitatis gradu debeat persona carnaliter cognita à còiuge, coniux ita esse alteri coniugi, vt coniux ille incestuosus arceatur à debiti petitione? Et quidem attento iure antiquo, inuenio omnes quotquot de hac re disputant, vnanimiter asserentes, extendi eam consanguinitatem vsq; ad 4. gradum. Ita Goffredus summa, tit. de eo, qui cognouit còsanguine. sine. Hostiensis summa, eodem tit. fin. Astenis summa. 2. p. lib. 8. tit. 20. art. 1. notabili. 1. Victoria summa, de matrim. n. 288. fin. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30 q. 1. §. 4. n. 517. Cutierrez. q. canon. tom. 1. c. 23. n. 5. Alexander in suo Enchirid. 2. par. p. 2. c. 6. vbi de incestu. §. cognoscens autem. Pedraza summa, p. 2. c. 6. §. 19. Ludouicus Lopez. 1. p. in l. r. c. 80 §. sed connumerat. Et ita semper consuetudine receptum est: idq; tanquam verissimum amplector: supponuntq; Doctores n. 13. & 14. allegandi. Huius autem fundamentum in nemine inueni. Nam si ius còsulum, solum loquitur de coniuge incestuoso cum consanguineis alterius in pri-

mo gradu: vt constat ex. c. 1. c. penultimo, & c. finali, de eo, qui cognouit. còsanguine. & cum sit pœnale, extendendum non videtur ad alios gradus: eò vel maxime, quòd non tanta incestus labes, sed multò leuior in vterioribus gradibus reperitur. Sed dicendum est id esse fundamentum. Quia ratio huius impedimenti est affinitas iniquè contracta ex eo incestu, cù altero còiuge: vt constat ex. c. discretionem, ibi, *Sed nec affinitas, quæ post contractum legitime matrimonium, inter vitum, & vxorem iniquè contractabitur.* De eo qui cognouit còsanguine. & c. penultimo, eodem tit. ibi, *Cùm affinitas post matrimonium iniquè contracta.* Quare ad eum consanguinitatis gradum extendi debet, & non vltra, ex quo ea affinitas còsurgit per copulam, hic autem est quartus. c. non debet, de còsanguine. & affini. Et confirmatur, quia. d. c. discretionem, sermo habetur de fœmina cognita à consanguineo viri: tacetur, consanguinitatis gradus, quare hic accipiedus est ex ijs, ex quibus affinitas illa, quæ impedimenti causa est, còsurgit.

13 Tota autem controuersia est, quid dicendum sit attento decreto Tridentini session. 24. de matrim. capit. 4. & punctus difficultatis versatur in cognitione causæ huius interdicti petitionis debiti, & an affinitas ex fornicatione sit omnino sublata vltra primum, & secundum gradum. Si enim ea sit, copula incestuosa cum consanguineis alterius coniugis, permanebit idem impedimentum, ea habita vsque ad quartum consanguinitatis gradum. Quia eò id decretum non restrinxit affinitatem ortam ex copula matrimoniali, ea persona consanguinea alterius coniugis intra illud gradum, erit affinis coniugis habentis copulam, & proinde erit incestus. Si autem non incestus, sed affinitas inde orta cù altero coniuge, id impedimentum pariat, & omnino sublata sit per Tridentinum vltra duos priores gradus, dicendum necessario erit, hodie non impediri ad petendum debitum, coniugem habentem copulam cum consanguineis alterius coniugis vltra secundum gradum. Quia ex copula incestuosa illa, & adulterina non oritur affinitas aliqua eum consanguineis alterius vltra secundum gradum: affinitatem enim ex quaecunq; illicita copula ortam restrinxit id decretum Tridentini ad secundum gradum. Hac in re, quidam sentiunt ius antiquum manere illæsum, ac prout eog-

noscen-

noscentem carnaliter consanguineam alterius coniugis vsq; ad quartum gradum, non posse à proprio coniuge debiti petere. Ducuntur primo, Quia interdictum hoc petendi debitum còsurgit ex peccato incestu, vt testantur gloss. c. 1. verb. copulare, de eo qui cognouit còsanguine. Anton. c. transmissa, sine. eo. tit. Supplem. Gabriel. 4. d. 4. q. 1. art. 3. dub. 1. in solut. ad. 1. Victoria summa, de matr. n. 288. Sotus. 4. d. 37. q. vnica. ar. 2. vers. debet autem. Gratius. p. 1. decisionum, lib. 2. c. 81. n. 4. Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. ar. 6. dub. 1. §. in huius rei expositionem. Quod inde constat. Quia vbi ignorata est consanguinitas, vel copula fuit coacta, oritur affinitas, & tamen illi coniugi ignorati, aut vi oppresso non interdicatur petitio debiti. c. 1. & c. discretionem, de eo qui cogn. còsanguine. quia à culpa incestus excusatur. Insuper (vt diximus. n. 5.) incestuosus cum alterius coniugis consanguineis, eòq; mortuo alium matrimonium inuenit, nequit petere debitum: eò tamen affinis minimè sit huic posteriori coniugi. Si ergo impedimentum hoc ex in cestu còsurgit, cùm copula illa vsq; ad quartum gradum sit incestuosa, impeditur coniugem. ne debitum petat. Secundo, quia Tridentinum in eo decreto solum restrinxit affinitatem ex copula illicita ortam, ne matrimonium dirimeret: & Pius. V. declarauit nec illud impedire de impedimento autem ad petendum debitum, non meminere: ergo tanquàm casus ommissus manet in dispositione iuris còmunis. c. susceptum, de rescript. in 6. l. còmo dissimè. ff. de liberis, & posthumis. Et confirmatur, quia concilium restringens affinitatem, solum intendit scandala vitare, quæ oriebantur ex frequenti matrimonio irritatione, aut impedimento, minimè autem peccandi occasionem dare voluit. At illi fini satis còsultit, ablata ea affinitate quoad dirimendum, impediendum vltimum, & cœtetur ansa peccandi, ea manente ad impediendum petitionem debiti. Ergo impedit. Hæ rationes ita anticipitem reddunt hanc questionem, vt propòsita, ac agitata in sacro penitentiaria Romanæ prætorio, in decisa relicta sit: teste Nau. lib. 4. conf. tit. de consanguini. in prior editione, conf. 3. in posteriori autem, còfil. 6. nu. 4. & ipse etiam dubius manet. Et hanc partem tumentur Angles floribus. 1. p. de matrim. q. 14. de impedimento affinitatis, art. 1. immediatè ante. 1. difficultatè.

Cañedo summa sacram. c. 6. de matrim. vbi de impedimento affinitatis. num. 45. & multi Theologi Salmantini, & Complutenses, teste Quando, n. sequenti allegando, & dicit esse probabilem Petrus de Ledesma, quem n. sequenti referam.

14 His tamen non obstantibus, multò probabilius est, correctum esse in hoc ius còmune, atq; ita copulam habitam cù consanguineis alterius coniugis vltra secundum gradum, minimè impedire debiti actionem. Ducor, quia impedimentum hoc non tam ex incestu, quàm ex affinitate inde contracta oritur: vt testantur. D. Thom. 4. d. 34. q. vnica, art. 5. in solutione ad obiectionem. Turres. c. quedam cum fratre. 31. q. 7. n. 1. ad. 2. Sylu. matrimonium. 7. q. 5. d. 30. 3. Idq; manifestè constat ex dictis. n. 12. vbi reuli textus in hac prohibitione, solum affinitatis mentionem facientes, & in xta gradus ex quibus illa oritur, probauit metiendam esse: & ex dictis. n. 7. vbi cum multis probauimus, incestuoso cum proprijs consanguineis minimè interdicti debitum petere, quamuis incestus ille sit grauior: idq; non alia ratione, nisi quia ex illo non oritur affinitas cum proprio coniuge. Si ergo iuxta Tridentinum in hoc casu, ex copula incestuosa non oritur affinitas, vt probauit. n. præcedenti, cessabit interdictum petendi debitum. Dices, non omnino cessasse affinitatem ex copula illicita vltra secundum gradum, nisi quoad dirimendum, impediendum vltimum, & ad impediendum matrimonium, quod plus est: ergo vt nec ad eius vsum: quod minus est. Et confirmatur, quia restringit hanc affinitatem, vt simpliciter non impediat, nec dirimat: ergo concedit vt non impediat secundum quid, nimirum, quoad vsum: Accedit, Pius V. simpliciter ac generaliter declarasse, nullam oriri affinitatem matrimonio obstantem, quæ negatio præcedens destruit omnia quæ sequuntur: iuxta Glossam receptam. c. cum dilectus, verb. à suspensis, de consuetud. at si obstaret vsui matrimonio, iam aliqua ex parte matrimonio obstarat. Tandem, quia congregatio Cardinalium id declarauit his verbis. *Congregatio concilij censuit decretum Tridentini sess. 24. de matrim. c. 4. ad primum & secundum gradum*

restrin-

restringens impedimentum inducitur propter  
affinitatem ex fornicatione contractam, cen-  
setur etiam ad eodem gradus restringisse impe-  
dimentum exigendi debitum ab uxore, quod  
inducitur ex affinitate pronemte ex illicita  
copula a viro cum consanguinea sua uxoris post  
matrimonium habita. Et ideo in hanc senten-  
tiam dicit Nau. n. præcedenti allegatus se-  
magis propendere, & Additio quædam ad  
eius consilium relat. n. præcedenti, in po-  
steriori editione, ait sacram Penitentia-  
riam in eam etiam magis inclinasse, & illam  
tenent Veracruz appendice ad speculum,  
circa impedimentum affinitatis, fol. 77. &  
sequenti. Ouandus. 4. d. 4. r. q. vnic. propo-  
sitione. 6. Palacios. 4. d. 34. disp. 2. fol. 76  
Gutierrez quæst. canon. tomo. 1. c. 23. si-  
ne. Enriquez lib. 1. de matrimon. cap. 15.  
n. 11. & lib. 12. cap. 10. num. 1. Vivaldus di-  
cens multos doctores consultos Salman-  
ticæ, & Compluti idem tenuisse, Cadel-  
brú sacramen. 1. part. de matrimon. num.  
209. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione  
cap. 243. num. 12. & super bullam crucia-  
tam. 5. 13. n. 8. Emmanuel Sa summa, verb.  
debitum coniugale, vers. qui cõiugis cog-  
natum. Petrus de Ledesma de matrim. q.  
55. ar. 3. dubio. 4. Vega. 1. tomo summa. c.  
78. casu. 4.

Hinc infertur minus bene aliquos iur-  
isperitos teste Ludouico Lopez. 2. p. in-  
stru. de matr. c. 50. vbi de impedimento af-  
finitatis, præterea aduertendum est, cen-  
suisse contrahentem matrimonium cum

femina, cuius consanguineam in tertio  
gradu cognouerat, non posse ea petere  
debitum. Quia affinitas quæ iure commu-  
ni ex ea copula illicita oriebatur, non est  
ablata per Tridentinum, quoad potestatem  
debiti exigendi. Sed bene reprobat  
ibi Ludouicus Lopez, quia accessoria ma-  
trimonio est copula, quare sequi debet  
naturam principalis, regula accessorium.  
42. de regulis iuris, in 6. si ergo matrimo-  
nium illud est omnino licitum, ac prorsus  
vacat impedimento, & copula omnino e-  
rit licita. Constat etiam ex adductis, num.  
præcedenti.

Ad argumenta n. 13. proposita respon-  
detur. Ad primum dicitur non solum affinitatem  
esse causam illius prohibitionis, sed  
iniquè contractam per incestum: vt proba-  
ui. n. 14. atq; ita vt maneat prohibitio, non  
satis est incestus cessante affinitate, quam  
porissimam esse causam ibi dixi. Nec ob-  
stat vltima obiectio in eo primo argumen-  
to proposita. Quia in illo casu speciali id  
prohibuit ius in penam contracti mat-  
rimonij, spreto eo impedimento impedi-  
ti illud. Ad secundum constat ex dictis,  
n. 14. vbi probauimus prorsus esse subla-  
tam affinitatem in illis gradibus. Ad con-  
firm. dicitur non satis consuli manente impe-  
dimento quoad petendum debitum. Quia  
inde etiam multa peccata oriuntur.

Atque ideo concilium om-  
nino sustulit.

(3.)

## DISPUT. VIGESIMOCTAUA.

An si vterque coniux, affinis effectus sit, per copulam cum alterius  
consanguineis mutuum, arceantur ambo à debiti petitione, ac  
redditione? Atque similiter si vterque cognationem spiritualem  
contraxerit, aut alterius causa, aut consensu ea affinitas, aut cogna-  
tio ab altero contracta sit?

### SUMMARIVM.

**R**esertur sententia docens tunc licere vtri-  
que petere. n. 1.  
Neutri licet petere: etiam si vterq; malitiosè  
fecerit, vt alterum defraudet: & quamuis  
alter solus proprio factò eam cognationem  
aut affinitatem contraxerit, altero tamen  
consentienti. n. 2.  
Resertur sententia docēs neutrum teneri, nec

posse reddere, numero. 3.  
Proponuntur argumenta ad probandum teneri  
vtrumq; reddere. n. 4.  
Sententia auctoris proponitur. n. 5. & 6.  
Soluuntur argumenta. n. 7.

**Q**uo clarùs procedamus in hac quæ-  
stione, quæ non facilis est: priùs dis-  
putabimus de facultate petendi debitum.

Dein-

Deinde verò de potestate, & obligatione  
reddendi. Et quidem si de petitione debi-  
ti loquamur, Quidam censent in hoc eue-  
ntu vtriq; licere debitum exigere, facta hinc  
inde compensatione: sicut quando vter-  
que coniux est adulter: iuxta cap. penulti-  
mum, & finale, de adult. Ita Vincentius,  
& Goffredus cap. si vir, de cognat. spirit.  
Ioannes de Friburgo summa confessorij,  
lib. 4. tit. 7. quæst. 2. & forsitan hoc esse ve-  
rum docet Bassolis. 4. d. 42. q. vnica, art. 3.  
sine. Et quamuis Doctores hi loquantur,  
quando vterq; coniux impedimento cog-  
nationis spiritualis laborat: at idem dicen-  
tes de impedimento affinitatis. Cum ead-  
dem prorsus militet ratio.

Ceterùm iure optimo hanc compen-  
sationem improbant Abb. c. si vir, nu. 5. de  
cognat. spirit. & ibi Alexan. de Neuo. n. 7.  
Supplementum Gabrielis. 4. d. 42. quæst.  
1. art. 2. concl. 4. Veracruz. 1. par. Speculi,  
artic. 57. concl. 5. Quia vbi de utilitate de-  
linquentium agitur, in eorumq; fauorem  
ius exigendi debitum aufertur, paria deli-  
cta mutua compensatione abolerent, vt  
in adulterio contingit: secus vbi non de  
eorum fauore agitur, sed in delicti penam  
privatio illius iuris indicitur: vt contingit  
in presenti. Quare dicendum est vtrique  
coniugi cognationis, affinitatisve impedi-  
mento innodato, interdici debiti petiti-  
onem. Quia coniux ob id impedimentum iu-  
re priuatur debiti exigendi potestate. Er-  
go si vterq; coniux idem impedimentum  
habeat, vterq; priuabitur. Cum enim deli-  
torum compensatio locum in hac re mi-  
nimè habeat, delictum alterius cõiugis al-  
terum non releuabit. Et confirmatur ex  
cap. nosse. 30. q. 1. quod est Nicolai primi,  
ibi. Nosse de sideras vtrum quæ mulier viri si-  
lium ex alia femina genuit om, de sacro fonte le-  
uauerit: postmodum possit cum eadem viro co-  
pulari: si non ex consensu vtriusq; coniugis sa-  
ctum esse probatur, non fraudentur iniucem,  
sed reuertantur in id ipsum. Ergo à contra-  
rio sensu fecus est dicendum, vbi culpa fuit  
communis. Atq; ita censent Glossa eo. c.  
nosse, verb. non fraudentur. Hostiensis. d.  
c. si vir, sine, vbi Ioan. And. fin. & videtur  
hoc sequi Anton. ibi, fin. Et tenet ibi refe-  
rens Alexandrum Angelicum, Henricus  
nu. 3. Abbas, Alex. de Neuo, Supplemen-  
tum Gabrielis, Veracruz proximè citati.  
Di. Anton. 3. p. tit. 1. c. 15. §. 3. Rosell. verb.  
impedimentum, impedimento. 6. n. 6. Syl-  
matrimonium. 8. quæst. 7. di. 2. Petrus de

Soto le. 11. de matrimo. §. secundum de  
hac cognatione. Nauar. sum. c. 16. n. 34. Le-  
desma. n. p. 4. q. 8. ar. 8. dub. 2. Viguerius libi  
instit. c. 16. §. 7. vers. 9. Gaeta repetitione  
cap. ad limina. 30. q. 1. §. 4. n. 379. Matien-  
ço lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica, gloss. 1. nu.  
143. Ludouicus Lopez. 2. part. instrum. r.  
rij. cap. 85. §. præterea si coniux. Manuel. r.  
tomo summa. 2. editione cap. 243. num.  
10. Grassis. 1. par. decisionum, lib. 2. cap.  
83. fin. Petrus de Ledesma de matrimo.  
quæst. 56. art. 1. dubio. 5. Bartholomæus à  
Ledesma dubio. 44. de matrimo. §. de v-  
su verò, & loquuntur Hostien. Ioan. And.  
Anton. Henricus, Rosella, Syluest. Nauar.  
Ludouicus Lopez, Gaeta, Matiçco, Graf-  
fis, Petrus de Ledesma, quando per frau-  
dem, & malitiosè vt se defraudent, id co-  
iuges efficiunt. Nam etiã in hoc casu neu-  
trius exigendi debitum conceditur. At-  
que ita siue fraudulenter, & malitiosè, siue  
absque dicta malitia, vterque coniux eam  
cognationem, aut affinitatem culpa sua  
contraxerit, arceatur à debiti petitione. Id  
enim probant rationes adductæ. Idemque  
dicendum est, si alter solus cognatio-  
nis, aut affinitatis impedimentum incur-  
rit, aut interuenienti culpa alterius, qui cõ-  
sensum præstitit. Nam in hoc etiam casu  
hic debiti exactione priuari, probauimus  
disput. præcedenti, nu. 3. atq; ita ille ratio-  
ne impedimenti suo factò contracti, hic  
autem ratione culpæ consensus, carebit iu-  
re petendi. Et sic docent Petrus de Soto,  
Viguerius, Ledesma, Bartholomæus à Le-  
desma, Manuel ibi, & quamuis hi Doctores  
de spirituali cognatione agant, at idem  
dicent de impedimento affinitatis, in  
quo eadem est ratio. Atq; de illo loquen-  
tes dicunt idem Guillelmus Rubion. 4. d.  
32. q. 2. art. 2. concl. 1. & d. 3. q. 2. concl. 3.  
Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. art. 6. §.  
circa tertium statum, fol. 443.

Circa redditionem verò debiti, maior  
est difficultas, an in hoc euentu coniugi  
petenti teneatur, aut saltem possit alter  
reddere? Quidam absolutè docent neutrum  
coniugè teneri alteri reddere: Ita loquens  
de cognatione spirituali, docet Alensis. 2.  
p. q. 170. membro. 3. §. 3. post solutionem  
ad 2. Alexander Angelicus relatus ab Hé-  
rico cap. si vir, numer. 3. de cognat. spirit.  
& Palacios. 4. distinctio. 7. disputat. 3. &  
clare videtur tenere Armilla, verb. mat-  
rimonium, num. 9. ait enim coniugem qui  
hac cognatione impeditur, teneri alteri

Hhhh

exi-